debet in aquis lacrimarum aiam ſu
am balneare. Vnde pſ. Lauabo
p ſingulas noctes lectū meum ac
Quinto foramen petre intrare. pe
tra aūt erat xpus qui hʒ quinqʒ
foramina in ſuo corpe ſuorum quin
qʒ vulnerum. ꝛ illa debet pctōr peni
tens intrare ꝟ in mente hic. ꝛ ibi
antiquā pellem ſuorum pctōrum relin
quere. Ad roma. Expuite veterē hoi
nem cū actibus ſuis ꝛ induite no
uum qui ſm deum creatus eſt in
iuſticia ꝛ veritate ꝛ ſcītate. Et tunc
pctōr debet ſe ponere ad verum ſolē
iuſticie vt in illa pelle nouā indu
reſcat. ꝛ in bonis operibus aſſueſ
cat. Sic pꝫ quo ad thema vbi dr.
Sub principibꝫ ac. Vbi ḡ quatu
or principes in regno ꝯſcīe ꝛ aīe
in patriis hñt regimen. ſ. iuſtici
a. tpantia. fortitudo ꝛ prudentia.
Juſticia p herode. tpantia p pila
to. fortitudo ꝑ philippo. prudētia
ꝑ lizania tunc regnū ſtat i pace.

¶ Sermonē de nātate reqre in fine.

¶ Dnica infra octauā natiuitatis.

¶ Sermo ſextus

Erant admirantes ſup do
ctrina ꝛ diſis eius. Lu. ij.
Nos videmus ad oculꝫ
ꝙ qñ aliqua vident ꝛ narrantur
que nunq̄ amplius ſunt audita
vel viſa: tunc hoies ſolent ammi
rari. Scdm verbū ſapientis videt
oculus. audit auris. ammirat in
tellcais. Sed qꝛ nō oibus credi pt
iuxta verbum apli. nolite oi ſpi
ritui credere. Item ſi pſone digne
ſunt: tunc eo verius credi pt. Vn
apls. Certus ſum ꝛ ſcio cui credi
di. Itē ſi iſta poſtea ꝯprijs oculis
intueri pñt ꝛ manibꝫ tractari: tūc
pñt bene dicere illud qd ſcriptuꝫ
eſt Manifeſtum ē hoc: negare nō
poſſumꝰ. Et hec patent in euanᵒ.
de puero ihu viꝫ nouitas. magnū
narrare. teſtimonio approbare. p
ſpm ſanctum reuelare. ꝛ illa p p
phetam annunciare

Erant ioſeph ꝛ maria mr ihu
mirantes ſuper hijs que diceban
tur de illo. Et benedixit illis ſyme
on. Ecce poſitus eſt hic ꝟ datus ē
puer iſte in ruinā malorum ꝛ nō cre
dentium. et in reſurrectionem leti
cie credentium multorum in iſra
hel. Et erit ſignū ad quod omnes
ꝯgregari debent. De quo ꝓpheta
yſayas. Leuabit dñs ſignū ꝛ cō
gregabit diſperſos. Sed in illo ſi
gno xpō quē poſuit pater in hoc
mūdo ꝯtradicetur p malos iude
os ꝛ malos xpianos. Et tuā ipſi
us animā ptranſibit gladius. ſ.
doloris: vt reuelent ex multis cor
dibus cogitacōes. Quia multi ꝓ
phete predicabant xpm venturū
ꝛ paſſurum quod in cordibus eo
rum per ſpiritum ſanctum fuit in
fuſum. Et hec tunc reuelabuntur
id ē manifeſta erunt. Et erat an
na propheteſſa filia phanuel de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tribu aſer Hec proceſſerat in die
bus multis q̄ fuit annoſa Et vix
erat cum viro ſuo in matrimonio
annis octo virginitate ſua tradi
ta ſibi. Et hec erat vidua vſq̄ ad
annos. lxxxiiij. que non diſcede
bat de templo ieiunijs ꝛ oꝛōib⁹
ſeruiens deo die ac nocte Et hec ip
ſa hora ſupueniēs cum ſymeone
hec predixit vt ſupradictum eſt.
Loquebatur de illo omībus qui
expectabant redemptionē iſrahel
Et cum pfecerunt omnia ſm legē
domini reuerſi ſūt in galileam in
ciuitatem ſuam nazareth. q̄ fue
runt cito in templum iherusalē.
Puer aūt creſcebat ꝛ cōfortaba
tur ſm humanā naturā plenus
ſapientia. ꝛ gratia dei erat cū illo
ſm naturam diuinam. ꝛ ſic patꝫ
euangeliū. Redeundo ad thema
Ammirati ſunt ꝛc̄. Ex hijs verbis
eſt notandum ꝙ quatuoꝛ ſūt am
miranda omni mundo. ſ. incarna
tio xp̄i. peccatoꝝ cōtritio. mundi
mutatio. ꝛ electorum glorificatio
Primum quod omnes ammirā
tur eſt xp̄i incarnatio Vnde quis
nō ammirātur: ꝙ talis potens de
ūs qui verbo ſuo omnia creauit:
voluit homo fieri propter nos. ꝛc
Ita ſe humiliare ꝙ portaret crucē
vel lignum vt patet in euāgelio
iohīs. Item quis nō ammiratur
ꝙ talis qui ſua ſapientia oīa oꝛ
dinauit voluit ꝑ nobis vt fatuus
reputari. vt pꝫ de herode qui ſpre
uit eum ꝛ induit eum veſte albaꝫ
quaſi ſtultū. Item quis non am
miratur ꝙ ille qui ſua clementia
ob claritatē vultus ſui celos illu
minauit ꝙ celum non indiget ſo
le neq̄ luna: ſed facie ſancte trini
tatis illuminat ꝙ ille voluit faciē
ſuā velari pro nobis ꝛ conſpui. ꝛc
Illud eſt ita mirābile: ꝙ ammirā
tur etiā angeli. Vnde angeli infe
riores xp̄i incarnationem vidētes
ꝛ eius aſcenſionem ammirātes:
dixerunt Quis eſt iſte qui venit de
edom tinctis veſtibus ꝛc̄. ꝛ de mū
do. Et alij ſuperiores reſponderunt
Iſte formoſus in ſtola claritatis
ſue Item iſtud eſt mirābile quod
homines ammirantur ꝙ ita mul
ti iudei. gentiles ꝛ mali xpriſtiani
illud cogitare nō poſſunt: nec ca
pere intellectu qui credere nolunt
Iſti aūt cogitare debent qd dicit
iohannes in ſuo euangelio. Non
erit impoſſibile apud deum omē
verbum. Si enī deus omnē mun
dum. celum ꝛ mare. ꝛ oīa que ſūt
in eis creauit ſolo vno verbo vt pꝫ
in geneſi. vbi dixit. Fiat. ꝛ facta
ſunt omnia. ideo poſſibile eſt crede
re hec omnia fieri. ꝙ verbo concepit
virgo. ꝛ peperit virgo. ꝛ virgo ꝑ
manſit. Item iſtud eſt mirābile
ꝙ demones ammirātur incarna
tionem domini noſtri iheſu xpriſ
ti. Vnde demones viderunt ipſum
eſurire. ſitire ꝛ frigus habere. doꝛ
mire. triſtari. laſſari ꝛ omnia hec
patent per euangeliū. Xpriſtus
feſſus fuit ex itinē. ꝛ ſedebat ſuꝑ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fontēm. Cum hec videbant: credē
bant ipſum hoīem eſſe. ſed cū vi
derunt ipſum mīacula facere q̄ ve
rus homo facere non pōt. ſ. mortu
os ſuſcitare. ſup aquas ſiccis pedi
bꝰ ambulare. in nullo peccare. de
mones de hoībus ſolo verbo fuga
re. leproſos mundare: credebant
ipſū eſſe xp̄m: ſed neſciebāt pro
certo vtrum eſſet deus an homo
vſqꝫ ad paſſionem Tunc manife
ſte videbant qn̄ in cruce ſpiritum
emiſit. ⁊ in limbum deſcendit ⁊ il
los ſanctos patres liberauit. Jō
xpriſti incarnatio eſt primū mi
rabile quod angeli hoīes ⁊ demo
nes ammirantur. ¶ Secundū mi
rabile eſt peccatoris conuerſio.
Vnde ait bernar. Jſtud eſt mira
bile quod omnes hoīes mirātur:
.ſ. ꝙ deus mundū de nichilo crea
uit. ſed illud eſt mirabilius ꝙ de
us qui pcc̄orem viliſſimū qui in
multis peccatis mortalibus deum
offendit: reuocat. ⁊ illum vult in
priſtinam grām recipere q̄ꝫ nouū
mundū creare. Hoc ꝓbatur tribꝰ
racōnibus. Prima rō eſt illa ꝙ de
us creauit mundum ⁊ celum ⁊ po
ſuit ſolem. ſtellas ⁊ lunā. ſi ſtelle
caderent: nō eas ad priſtinū locū
collocaret. ꝙ ſuū opus pfectum
annichilaret. ⁊ cū homo habet li
berū arbitriū ſciens bonum ⁊ ma
lum ⁊ tn̄ cadit milleſies de ſuo ſta
tu recto ad ſtatū peccatorū ⁊ tn̄ de
us recipit ipſum ad grām tanq̄
filium vt pꝫ in illa parabola de pdi
to filio. Secunda rō eſt illa. ꝙ ma
ius miraculū eſt peccatorem reci
pere ad grām q̄ꝫ mundū nouum
creare. Deus creauit mundum ſi
ne omni adiutorio ⁊ reſiſtentia.
vt patet in gen̄. Sed hoīem pcc̄o
rem ſcd̄m ſuam iuſticiā non pōt
accipere ad grām ſine adiutorio
peccatoris. ⁊ adiutoriū peccatoris
eſt ſolū dicere quatuor verba cū
cordis contritione. ſ. peccaui dn̄e ⁊
miſerere mei. vt patet in pſalmo
Tercia ratio eſt ꝙ deus quando
creauit celum ⁊ terram: angeli in
tantum non fuerunt gauiſi ſicut
de ꝯuerſione peccatorū. vt ipſe do
minus teſtatus eſt in euangelio
math. Gaudium eſt angelis dei
ſup vno peccatore penitentiam a
gente q̄ꝫ ſup nonaginta nouē iu
ſtis qui non indigent penitentia
⁊ ſic patet ſecundū ammirabile.
¶ Terciū ammirābile qđ oīs hoī
nes ammirant̄ eſt ſtatus mundi
mutatio dextre excelſi. ⁊ ideo ꝯpa
tur rote fortūe in qua quatuor ſe
dent. Vnde legimus ꝙ romani de
pinxerunt mutationē mundi q̄ſi
rotam. in qua quatuor ſedebāt. v
nus in medio rote aſcendēdo. ⁊ iu
xta illum ſcribebant regnabo. Et
vnum in ſummitate rote. regno.
⁊ vnū in medio deſcendendo. reg
naui. ⁊ vnū infra rotam iacentē.
ſū ſine regno. Ad ꝓpoſitū iſta rota
ſignat ſtatū hꝰ mundi: qꝛ ſicut ro
ta voluit: ita ſtatꝰ mundi Vn̄ vide
mꝰ ꝙ nūc ē hō diues. nunc paup.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nunc eſt letus. nunc triſtis. nunc fortis. nunc infirmꝰ zc̄. Et quatuor in rota ſignificant quatuor ſtatus hꝰ mundi. Nā primꝰ dixit in rota aſcendendo. regnabo. quo ad futurꝝ. qꝛ qui naſcitur intendit regnare in mundo. ſed ſepe multi de rota cadunt anteq̄ᵖ veniant ad regimen. hoc ē qꝛ moriuntur in iuuētute. Secundꝰ dixit regno. ⁊ ille ſedebat ſupius: hoc eſt in p̄ñti qui viuunt. bibunt. comedunt. ⁊ ludunt. et hij dn̄antur: ſed ſepe cadūt de rota improuiſe ⁊ moriunt̄. Terciꝰ dixit deſcendēdo de rota regnaui ⁊ hij fūt. lxx. āno ꝶ vel. l. xx. qꝛ in hijs periit mundꝰ. Quartus infra rotam iacēdo dixit. ſum ſine regno. Hij ſunt mortui electi. Jdo hoc mirat̄ oīs homo. Jdo ait. mirabilia ſūt opa illius hoībus abſcōſa. qꝛ neſcit homo qñ cadit de rota. ¶ Quartū ammirābile qđ ammirant̄ hoīes eſt electoꝝ glorificatio q̄ erit in die iudicij cū ſuos electos vocabit ⁊ gl'ificabit. Vnde pſ̄. Mirabilis deus in ſc̄īs ſuis. Vñ dn̄s ad gloriā ſuoꝝ electoꝝ tria vult facere. Primo oēs angelos omēs demones. oēs creaturas rōnabiles. iudeos. paganos ad eorum gloriā in electis dei vult ꝯtēmplari. vtꝫ in pſ̄. Aduocauit celuꝫ deſurſū .i. angelos. ⁊ terrā deorſū .i. inferiores creaturas diſcernere p̄plm ſuū. Scd̄o vult mūdū totū ad talem diē feſtum inuiārē vt ait in apo. Ecce noua facio oīa. Tercio vult omnes ſcōs ſuos de bōis opibus ſuis ꝯmendare zc̄. vtꝫ in euāgelio math. Eſuriui ⁊ dediſtis michi manducare zc̄. Jdeo venite benedcī zc̄. Jte maledicti zc̄.

¶ Sermonē de epiphia querē in fine.

¶ Dn̄ica infra octauā epiphie.

¶ Sermo. vij.

In hijs q̄ p̄ris mei ſunt oꝫ me eſſe Lu. xij. Nota qꝛ tria ſūt magne vtilitatis apud quēcunqꝫ hoiem. Primū ē qꝛ hō ſcit oīa bene cuſtodire q̄ p magnū laborem acquiſiuit. Vñ ioſue. xxij. Eſtote ſolliciti vt cuſtodiatis acq̄ſita q̄ nō fuat ea fur tm̄ cupiet ex eis. Scd̄m eſt pdita diligēter acq̄renda. Lu. xi. Mulier ſi pdiderit dragmā vnā ꝯ nōne accendit lucernam ⁊ querit zc̄. Terciū de reptis pditis acquiſitis ꝯſolatio recipiēda. Quia nāle ē qꝛ ſi hō aliquā rem pdiderit ⁊ inuenerit gaudet vtꝫ de filio pdito ⁊ de oue centeſima Lu. Congratulamini m̄i oēs. qꝛ inueni dragmā quā pdideram. De hijs trib legitur in euang̃. de ihū.

Cum eſſet ihs annoꝝ. xij. aſcendentibus ioſeph ⁊ maria de nazareth ꝑpt̄ feſtū in templū in ihꝛl'm puer ibat cū illis Conſūmatis diebꝰ. vij. ſm ꝯſuetudinē diei feſti cū redirent: remanſit puer in iherusalē ⁊ nō cognouerūt maria et ioſeph eſtimantes illū eſſe in comitatu. qꝛ mulieres ibant in vna

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf